



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

40. Exempti an teneantur ad Collectas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Q U Æ S T I O X L.
Exempti an teneantur ad Collectas?
S U M M A R I U M.

1. Collectas etiam sine scientia Superioris ex causa necessitatis concernentis privatum & publicum, imponere potest.
2. Fallit si periculum aut damnum non sit inevitabile, & quoad Universitatem Clericorum assensus Papa requiritur.
3. Collectarum impositio actus est iurisdictionis.
4. Equites Hierosolymitani sunt exempti ab omni iurisd. ordinari & collectis.
5. Solvens cum solvere non tenetur, eo alicuius privilegii, non prejudicatur in iurum suo privilegio.

Ius commune permittit universitatibus ex causa necessitatis etiam sine superioris auctoritate impositionem collectarum, e. ubi Abb. nu. 20. de Immunit. Eccles. Barb. l. multos 2. C. de causa publ. l. 2. Farin. dec. 72. nu. 1. part. 1. idque etiam pro recuperatione pecunie in publicam necessitatem exposita. l. 1. §. fin. & ibi Jacobi pro consul. ff. quod cuiusque universita. Barb. l. 4. §. Actor. nu. 5. de re iud. Farin. d. 2. in huiusmodi enim necessitatum causis privilegia quantumvis generalia & pregnantia cessant, ca. pervenit. vers. alio modo. ubi D.D. de Immunit. Eccles. l. ad perita C. de oper. pub. l. ad instructiones l. jubemus nullum C. de sacro Eccles. Vei utiam in Rota resolvit in una Leodien. 19. Martii 1604. universitates ex causa communis utilitatis, & necessitatis non posse sibi ipsis sine scientia Papæ superioris, collectas imponere, nisi periculum aut damnum sit inevitabile. Farin. dec. 72. nu. 2. part. 1. Longe minus personis non subiectis, quales sunt exempti, inter quos sunt milites Hierosolymitani. Bald. l. ad institutionem C. de sacros. Eccles. Cast. conf. 423. nu. 2. lib. 2. Andr. conf. 68. nu. 1. lib. 2. est enim collectarum impositio actus Jurisdictionis, Alex. conf. 78. nu. 8. lib. 6. Soc. conf. 129. nu. 1. Farinac. d. dec. 72. nu. 3. part. 1. à qua exempti sunt liberi & immunes, adhibita tamen hac salis mica, ut accedente Papæ seu Superiorum auctoritate, ad hoc compelli possint. Farinac. dec. 72. nu. 4. part. 1. cap. nullus de iure p. 1. ro. Abb. cap. non minus nu. 2. vers. aut necessitas de Immunit. Eccles. quæ procedunt, à d. privilegii generalitate & energia exemptionis ab ejuſmodi collectis constat de notore privilegii, uti de Privilegio Ordinis Teutonici Rota Romana apud Farinacium d. dec. 72. idque etiam ante aliter fuisset observatum, Tum quia privilegia eorum removen contrariam observantiam. Far. d. dec. 72. n. 8. Tum quia collecta præterita potius præsumuntur soluta ex metu & timore, quam ex libera voluntate. lo. Andr. cap. 1. n. 2. de præscript. in 6. Farinac. dec. 5. n. 3. part. 1.

Tum quod violentia non ideo purgata dicitur, quod violentiam passus non reelle male proponatur, Farin. d. dec. 5. num. 6. Tum denique quod solvens, cum solvere non teneretur vigore alterius privilegii, non præjudicat in futurum suo privilegio. Fel. c. cum accessissent nu. 29. n. 3. limit. de const. Rota. 228. n. 11. l. 1. Nat. conf. 60. n. 14. l. 1. Far. d. dec. 72. nu. 9. part. 1.